



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae
Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica
aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè
Lutherana[m], Li-||bri nouem.||**

Slotan, Johann

Coloniae, 1560

VD16 S 6745

Capvt II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29875

IOANN. SLOT. GEF
CAPVT II.

Diabolus
per Arriū
excitauit
in ecclesia
tempesta-
tem,

HVnc igitur inueueniens inimicus
veritatis, per eum nifus est exci-
tare in Ecclesia tempestatem. Aposto-
licis enim Alexandri doctrinis, insta-
bat apertè resistere. Et ille quidem di-
uina sequens eloquia, æqui honoris cū
patre, & eandem substantiam habere
cum Deo genitore filium prædicabat.
Arrius autem ediuerso veritati repu-
gnans, creaturam filium facturamque
dicebat. Adijciens erat aliquando, quā-
do non erat, & alia quædā insana. Hæc
ergo non solùm in Ecclesia persistebat
docens, sed etiam in extraneis conuen-
tibus atque concilijs, & domos circui-
ens, quibuscunq; poterat suadebat. Sed
cum Alexander Episcopus natura lenis
& quietus, assiduis commonitionibus
Arrium cuperet à prauo incepto & af-
fertionibus reuocare, nec tamen res ex-
sententia procederet, quòd plerosque
iam contagio pestiferæ assertioñis infe-
cerat, non solùm apud Alexandriam, ve-
rūm & per alias vrbes prouinciasq; dis-
persa, pernitiosum fore credens si dissi-
mularet,

DE
mularet,
mouit. A
uinam le-
scanalizat
ce abs te.

DE
ditos ad bla-
ciliaque
rum pres-
indicavit
cerdotib-
stio latiu-
aures rel-
omni stru-
quæ nos
neque A
Scripsit e
Alterutri
té se arm-
bat malu-
per hos
Consen-
ius tomor-
traria fac-

mularet, ex sacerdotali ordine eum remouit. Audierat enim clamantem diuinam legem: Si oculus tuus dexter scanalizat te, abscinde eum & proice abs te.

Matt. 17.

CAPVT III.

DEinde videns Arrium, amoris iudicarij aculeo stimulari, & multos ad blasphemias deceptos erigere, cōciliaque propria celebrare, Ecclesiarum pr̄esulibus eius blasphemiam suis indicauit literis, & alijs pluribus consacerdotibus suis rem indicat. Quæstio latius innotescit, sermo usque ad aures religiosi principis (quippe qui omni studio & diligentia curaret, quæ nostra sunt) peruenit. Sed neque Arrius quiescere passus est. Scripsit enim & ipse concordibus suis. Alterutris ergo scribebāt contra veritatem se armantes ad prælium. Et peius fiebat malum ad contentionis incendium per hos qui hæc scripta suscipiebant. Consentientes igitur Alexandro, in eius tomo conscribebant, alij verò contraria faciebant. Vnde omnia erant validæ tur-